ꝓpt̄ ſpem quam habebant in efficacia ſac̄ficiorū que autoritate
diuina iuſſa fuerat offerri pro pctīs· ſꝫ ſac̄ficia quantum erat ex
vna ipſoꝝ nullo modo hanc efficaciam habuerūt· conſtat enī
ꝙ ſanguis hircorū aut vituloꝝ aut rit⁹ cibo ꝝ ⁊ potuū aut locō
aque· cum ſint quedam corpalia· nullā habent efficaciam reſpe
ctu peccati· Sanguis vō iheſu xp̄i effuſus p mortem cum eſſet
inmaculat⁹ ⁊ plenus ſpū ſancto habuit de ſui ratione hanc ef
ficaciam· meret̄ namqꝫ apud deū ille qui omnino inmaculatus
exiſtēs ⁊ cū hoc plen⁹ ē gr̄a ſpū ſancto d ūexponit ſe morti vt
obediat deo ḡciam non ſolum ſibi ſꝫ aliis ⁊ p conſequens vt a
liis donent̄ pcīa· ḡ multo excellencior eſt lex noua que habet ſa
c̄ficiū continens v̄am efficaciam reſpc̄u delectionis pctorum q̄ȝ
lex antiqua cuius ſac̄ficia nullam habebant efficaciam de natura
ſua· ſꝫ tantū inquantū erāt figura ⁊ pabola ſiue ſimilitudo ſacri
ficij huius· Durat aūt hec ratio ab illo loco· que pabola eſt tpis i
ſtantis· vſqꝫ ibi· et ideo noui teſtamenti· continent̄ namqꝫ tres
clauſule in hac· pte· In prima namqꝫ que incipit· que pabola ē
tpis inſtantis· dicit ꝙ ſac̄ficia que erant in lege veteri nullā hūt

efficaciam nisi inquantū esset pabola et figura pn̄tis tpis gr̄e In scđa aūt que incipit· xp̄s aūt assistens pontifex· ostendit q̄li ter xp̄s ꝓpum sanguinē infra sancta sanctorū offerens ad mo dū summi sacerdotis eternam redemptionē inuenit· In tcia vo clausula que incipit· Si em̄ sanguis hircorū· rationē format ⁊ deducit p locum a minori· quia si sanguis hircorum aut thaurorꝫ aliquo modo potuit sanctificare ⁊ carnalit· multo forcius potuit spūa lit sanguis xp̄i· In·ix vo procedit ex testamenti dedicacōne et sponsione firma· Vnde arguit sic lex antiqua reputabat̄ firma· et p cōsequens imobilit obſuanda· quia fuerat sanguine dedi cata· sic patet exo·xxiiij· ſ3 lex noua multo excellencōri sanguie est dedicata quia sanguine ihesu xp̄i·ḡ multo firmior est lex noua· et confirmat hoc ex cōsuetudine humana· quia nullū testm̄ ē firmum nisi post mortem testatoris· Potest em̄ ipsū reuocare qm̄diu viuit· ſ3 pmū testm̄ legis antique nō fuit confirmatū p mortē testatoris q̄ est de⁹· ſ3 solū p mortē hircorꝫ et vitulorum sicut moises dixit· Hic est sanguis testamenti qꝫ mandauit ad nos de⁹· Nouū vo testm̄ confirmatū ē p mortē xp̄i ⁊ testatoris dei· q̄ mortuus est in nat̄a assūpta· Est igit̄ testm̄ inmortalē ⁊ p consequēs poci⁹ obſuandū· Durat autem ista deductio ab illo loco· et ideo noui testamenti· vsqꝫ ibi· Non enim in manu facta sancta ihs itroiuit· In·x· vo pte ꝓcedit ex oblacōe ꝯtinua ⁊ as sidua· vn̄ arguit sic· Lex āntiq̄ rputabat̄ efficax· et p ꝯn̄s obſuāda ꝓpt iuge sacrificiū· et ꝓpt indesinētē oblōꝫ hostiarꝫ q̄ fiebāt p an nos singulos in sancta sanctorꝫ a sūmo sacerdote· ſ3 mlt̄o excellē cōri modo in noua lege obtulit se sūm⁹ pōtifex ihs xp̄s· nō ei fecit n̄ vnā oblōꝫ sanguinis sui in fine secl̄i ad destruccōꝫ oīs pcti q̄ fcā ipe itroiuit i ipa scta sctorꝫ nō q̄de maū facta ſ3 in ipꝫ celū ut appeat nūc vultui dei ꝓ nob̄ queadmodū p q̄ndā imaginē sū m⁹ pōtifex i scta sctorū cū hostijs itroibat vt assistēt ibi ꝓ po pulo· ḡ mlt̄o excellēcōr ē mod⁹ oblōis i noua lege q̄3 i veti· tū qꝫ i noua lege n̄ ē fcā ista oblo n̄ sel· i veti freqnt̄· tū qꝫ i veti fie bat corā do n̄ facilit̄ appēte· i noua nc̄ offēt se xp̄s vultui di faci lit̄ sibi obiecto· Durat at̄ ista dedcō a fine·c·xi· vbi scbit̄· Nō em̄ in manu facta sancta· vsqꝫ in finē capitl̄i·x· Primo namqꝫ poit

minorē quantū ad illa que dicta ſunt d' xp̄o· ſcʒ ꝙ ſemel ſuum
ſanguinē obtulit et non frequent' et ꝙ ipſo oblato introiuit in
ſancta vera non aūt figuralia aut manufacta· et hoc facit vſ ꝗ
in finem noni capituli· Secundo v̓o ponit maiorem quantū ad
illa que dicta ſūt de lege veti· ſcilicet ꝙ optebat p ſingulos an
nos indefinent' oblationem ſūmi pontificis replicari· et rationē
ſuīdit pro eo ꝙ illa oblacō pfecte non poterat emūdare· et hoc
facit a pͥncipio· x· capituli quod incipit· vmbram eni̅ habens lex
vſ ꝗ ibi· impoſſibile eni̅ eſt ſanguinē thaurorū auferri peccata·
Tercō v̓o incidentalit' probat hoc ꝙ vſus fuerat in racōne iſta
et in aliquibꝫ p̄cedentibꝫ ſcilicet ꝙ ſanguis aīalū oblatoꝝ in le
ge non poterat ex natura ſua auferre pc̄tm· ſʒ ꝙ omnis oblatio
peccati erat ex implecōne diuine vocis quam xp̄s adimpleuit
cum ait· Veruntamen non qd' ego volo· ſʒ qd' tu· Adducit aūt
hic autoritatē ꝓphe dicentis in pſona xp̄i in· p̄s· Sacrificiū ⁊ ob
lationem voluiſti corpus aūt aptaſti michi· vel ſm aliā tnſlacō
nē· aures aūt accioiendo partē ꝓ toto· Sequit' holocauſtū pro
pc̄to non poſtulaſti· tunc dixi· ecce venio· In capite libri ſcriptū
eſt de me vt faciam voluntatem tuā ⁊c· ac ſi vellet dicē xp̄s ſm
adaptionē apl'i vt loquat' filius ad p̄rem· quia noluiſti· nec pla
cuerunt tibi holocauſta vnq̄ʒ veteris legis id'co aptaſti michi
aures ⁊ corpus ⁊ feciſti me incarcerari· Et ecce ego veniens in
carne aſſumpta faciam voluntatem tuam· tibi obediens vſ ꝗ ad
mortem· et tunc concludit apl's ꝙ in hac ſola voluntate ſancti
ficati ſumus p oblacōnē corpis ih'u xp̄i q̄i dicē velit ꝙ ſolo me
rito iſtius voluntatis delet' omne peccatū· et h' facit a loco vbi
ſcribit'· ip'ſſibibile eni̅ ē· vſ ꝗ ibi · et oīs q̄dē ſacdos· Quarto v̓o
ꝓbat idē auc̄te alia· p̄s· q̄ illi eidē cui dc̄m ē· tu es ſacdos ietnū·
dc̄m ē in eodē· p̄s· ſede a dextꝭ meis donec po· in· t· ſc· pe· t· ꝙ nō
poſſet eſſe ſi opteret eum frequent' ſacrificare· non eni̅ ſacrificando
ſederet ad dextrā· ſʒ poci' miſtraret· et id'o ꝯuincit' ꝙ nō habuit
n̄ ſemel offerre· et h' facit ab illo loco· et oīs q̄dē ſacdos· vſ ꝗ ibi
ꝯteſtat' at nos ⁊ ſp̄us ſac̄t'· Quīto v̓o ꝓbat idē p auc̄tē ſupius
introductā· i· cui' fine dicit de' de nouo teſtiōo loquēs ſcʒ· xp̄i
ci' ero iniq̄tatibꝫ eoꝝ ⁊ pc̄torū ipoꝝ nō recordabor amplius·

conſtat autem ꝙ vbi peccata dimiſſa non ſunt · oportet amplꝰ pro peccato offerre · ergo in nouo teſtāmento nō oportet eſſe vlteriorem oblacōnem · quia pctā oblacōni data ſūt · vt teſtatꝛ ꝓpheta · et hoc facit ab illo loco · cōteſtatꝛ autē nos · vſqꝫ ibi · Habentes autē itaqꝫ frēs · Sexto vō concludit ꝑncipalem intētionē · ſcilicet ꝙ firme pſeuerandū eſt in hac tali lege · et tangit multa media ex ꝑcedētibꝰ · Primū quia ſancta ſanctorū p xpi ſanguinē ſunt pta · et iniciata eſt nob via ad intrādū p velamen · et ideo dēmꝰ intre abluti corde ⁊ corpe ⁊ fidē iſtam indeclinabilit obſuare · et hoc mediū ponit ibi · hn̄tes itaqꝫ frēs · Scdm ponit ibi · voluntarie enī peccantibꝰ nobis · dēm eſt enī ꝙ iam amplꝰ nō eſt aliqua hoſtia ꝓ pctō quia iam oblata eſt et idō multū debemꝰ timē ne volūtarie peccemꝰ · Tertiū ponit ibi · Terribilis namqꝫ ē ſcꝫ ꝙ ſub duobꝰ vel tbꝰ teſtibꝰ moriebatꝛ ille qui legem moiſi nō ſuabat · multo ergo fortiꝰ in die iudicij et ignis quādo vificabitur illud vbum · michi vindictā ⁊ ego retribuam ⁊ illud iudicabit dominꝰ ppl̄m ſuū · puniēnꝰ trāſgreſſoēs noue legis · Quartū ponit ibi · Rememoramini ꝑſtinos dies · oñs ſcꝫ ꝙ multū debet pſeuēare in fide · qꝛ ꝓ ea multas tribulacōnes ſunt paſſi ⁊ rapinas bonorū ſuorū · In · xi · vō parte ꝓcedit ex obſuatorꝫ legis antiq̄ ſanctitate nimia ⁊ ex parentum ſeniorū exemplari vita que in ſūma reuerēcia eſt habenda proptꝛ ſanctiſſimos pr̄es qui ipſaꝫ obſuauerunt · ſed illi iidem pr̄es magis effecti ſunt ⁊ pocius iuſtificati ex hoc ꝙ ambulauerunt in fide ihēſu xpi · quam ex hoc ꝙ legem ſuauerūt · igitur fidei exemplo ipſorum eſt pocius adherendum qꝫ legi · Durat autem hec ratio a principio capituli · xi · vbi ſcribitꝛ · Non enim acceſſiſtis ad tractabilem ⁊ acceſſibilē ignem · Circa rationem iſtam primo diſcrimīe fidem ponit minorem ſcilicet ꝙ omnes patres ſancti placuerunt deo ex hoc ꝙ ambulauerunt p fidem · et hoc facit a ꝑncipio vndecimi capituli Eſt autem fides · Deinde vero minorem iſtam ꝓbat ⁊ deducit per patres qui fuerunt ante legē · vtpote p abel · enoch · ⁊ noe · abraham · iſaac · ⁊ iacob · et ioſeph · Oſtendens ꝙ iſti ſeptem ambulauerunt per fidem · Et per eandem ſolum placuerunt deo · Et hoc facit ab illo loco · Fide nāqꝫ intelligimꝰ aptata eſſe ſecula

v̓bo dei· vſq3 ad locū vbi ſcribit· Fide moiſes nat⁹ occultatus ē
meſib3· iij· patet at pticule· vij· i p̄dcā ddcōne· F· num· viij· pm
Deinde v̓o eandē minorem deducit in myoſe legiſlatore et in
hijs que acciderūt tpe legis date ſub moiſe ⁊ ioſue· et hoc facit
ab illo loco· Fide moiſes natus· vſq3 ibi· et quid ad hec dicam·
deficiet eñi me temp⁹· Deinde v̓o p modū ſume ⁊ epilogi de
ducit idem in iudicib3 ⁊ ꝓphis qui fuerunt poſt datam legē· et
hoc a p̄dicto loco· et quid adhuc dicā· vſq3 ibi· Et hijs omib3
teſtimonio fidei ꝓbati inuenti ſūt· vbi minorē ꝓbatā ꝯcludit
Deinde v̓o in principio capitli· xij· qd incipit· Ideoq3 ⁊ nos tan
tam hñtes ꝓpoſitā nubere teſtiū· ꝓbata minore infert ꝯcloñē
p̄ncipalit intentā· videlic3 q3 deni⁹ pſeuēare in fide ⁊ ꝯtare pro
ea ac paſſiones ſuſtinē exemplo xp̄i· Deinde v̓o cū ait· Nondū
enim vſq3 ad ſanguinē reſtitiſtis· obiurgat iudeos ſup inobſ
uancia huius concl'ois· videbant eñi tedio affici· deficē ⁊ fatiga
ri ex pſecucōib3 quas tolerabant ꝓ fide· et adducit ꝯtra eos au
toritatē ſapientis· et hoc facit ab illo loco· nondū enim vſq3 ad
ſanguinem· reſtitiſtis· vſq3 ibi· ꝓpt quod remiſſas man⁹ et ſo
luta genua erigite· Deinde v̓o modū deſcribit quo debeāt i fide
pſeuēare· q3 cum rc̄titudine opum ⁊ ſanctitate morū· et h̄ facit
ab illo loco· ꝓpt quod remiſſas man⁹· vſq3 ibi· Nō enim acceſ
ſiſtis ad ītctabilem ⁊ acceſſibilem ignē· In pte v̓o· xij· et vltima
ꝓcedit ex multiplici appicōne miranda ⁊ ſtupēda que facta le
git· quando lex fuit data· Vnde arguit ſic· Lex antiqua hita fuit
in ſūma r̉uēncia ⁊ ſtudioſe debuit obſuari ꝓpt ſigna ⁊ mirabi
lia que fuerunt in ipa legiſdacōne· que ponunt in exo· capitulo
xix· ſ3 multo excellencōra ⁊ nobiliora ſunt illa que ꝯcurerūt in
lege noua· ḡ· noua lex ⁊ fideſ xp̄i diligēcius obſuanda eſt et re
uerenci⁹ ſuſcipienda· Curat aūt iſta deductio ab illo loco· non
enim acceſſiſtis ad ītctabilem· vſq3 in fine ep̄le toci⁹· Vbi p̄mo
volens ꝓbare minorē narrat mirabilia que ꝯtigerūt in legis
dacōe· et h̄ facit in p̄ncipio· Nō eñi acceſſiſtis· vſq3 ſ3 acceſſiſtiſ
ad ſion mōtem· et ciuitatē dei viuentis· Deinde vero oſtendit
meliora eſſe ⁊ excelenciora que concurrerunt in legis noue da
tione ⁊ fidei ꝓmulgatione· Et quia hoc facit ab illo loco· Sed

acceſſiſtis·uſq; ibi·ſi enim illi nō effugierūt· Deinde vero ex minore
pbata rōz deducit dicēs· q ſi antiq legē nō obſuātes penā non
effugierūt·multomin⁹ effugiēt q fidē nō recipiēt· et deū de celo
vocantē ɔtemnēt·et h fcit ab illo loco·ſi enim nō effugierūt·uſq;
in finē capitli· Deinde vero in pncipio·xiij·capitli quod incipit·
Itaq; regnū imobile ſuſcipiētes·ponit ɔclōz iſti⁹ rōis ⁊ tocius
epl'e q iā pbata eſt p·xij·rōes· videlicȝ q in fide xpi imobilit
ſtandū ē ⁊ cū omni metu ⁊ reuēncia·et h fcit ab illo loco· Cari
tas fratnitatis maeat in vob· Deinde vero a pdicto loco·caritas
fratnitatis·uſq; ibi·orate p nob·ponit·viij·ɔcūſtancias virtuo
ſas quib; debet pfata ɔclo obſuari·qui enim vult digne pſeuēa
re·uſq; in finē·deȝ in ea pſeuēare cū·viij·ūtutib; Primo cū fra
tna caritate·et hoc docȝ ibi·caritas fratnitatis ⁊c· Scda vero i tna
pietate·et hoc docet ibi·memētote vinctoꝝ tanq̄ȝ ſimul victi
Tertio cū pfca caſtitate·et h docet ibi· honorabile connubiū et
thorus imaculat⁹· Quarto cū ſufficiencia ⁊ ɔtenta pauptate·et
hoc docet ibi·ſint mores ſine auaricia ɔtēti pn̄tib;· Quinto vero
cū ſincera vitate ⁊ ſtabilitate in ortodoxa fide·ɔtemtis omnib;
doctrinis alijs pegrinis·et hoc docet ibi·memētote pporitorum
vrorū· Sexto ab abſtinēcia ab eſcis carnalib; ⁊ ſobrietate·et h fcit
ibi·optimū ē enim gra ſtabilire cor· Septimo cū oblōne deuota
et hoſtiaꝝ puritate·hoſtiaꝝ quidē laudis·beneficēcie ɔmunionis
et hoc docet ibi·p ipſum g offeramus hoſtiā laudis· Octauo cū
obediencia ⁊ hūilitate·et h docet ibi·obedite ppoſitis vrīs·po;
ſtremo eplam ɔplet ⁊ finit in·v· Primo in ſui recōmendacōe·
recōmendat namq; ſe orōnib; eorū·et hoc facit ibi·orate p no
bis· Secundo in ſui depcacōne p ipis· Obſecr enim deū vt aptet
voluntates eorū ad bonū·et hoc fcit ibi· De⁹ aūt pacis· Tertio
vero in ſui excuſacōe et hoc enim q nō erat apl's eorū ſꝫ gēciū po
tuiſſent forſitā indigri ⁊ pſūptuoſi alicui iputare q eis pn̄tem
eplaȝ deſtiaſſȝ·et ideo excuſat ſe ibi· Rogo aūt vos fr̄es vt ſuffera
tis vbū vitatis vbū ſolacij· Quarto in timothei latoris epl'e re
mēdacōne·recōmēdat enim eū tanq̄ȝ eaꝝ diſcipulū ibi·cognoſci
te fr̄eȝ nr̄ȝ thimotheū· Quīto i mutua ſalutacōe ⁊ gr̄e iploracōe
ibi·ſalutate oēs ppoſitos vr̄os· Salutāt vos oēs fr̄es gr̄a cū o

bus vobis amen· et in hoc finit liber· xiiij epiſtolarũ pauli apli
gencium· ¶ Diuiſio libri actuũ apl'orum·

Tunc accedit liber actuũ apl'orum· et intendit vnam cõ
cluſionẽ hanc ſcȝ ꝙ eccl'ia p̉mitiua ⁊ fides iheſu xp̄i mi
raculoſe itroiuit in orbem· et p ſpm̄ ſanctum· nõ p hu
manã iduſtriã aut p humanũ modũ· et ad hãc cõcl'om talẽ ra
tionem inducé intendit· Illa cõg̃gatio q̄ fuit mirabili modo per
ſpiritũ ſanctũ corroborata· Deinde vo poſt corroborationẽ p
eundẽ ſpm̄ ſibi multiplicata· deinde poſt mltiplicacõnẽ p eũdẽ
ſpm̄· ſ· diſſeiata· deinde poſt diſſeminacõnẽ p eundẽ ſpm̄ intitu
lata· Deinde vo p⁹ intitulationẽ a iudeis in vniuſas gentes p
eundem ſpm̄ ſanctũ inſlata ⁊ tnſportata· Et in omnibꝫ p eũdẽ
ſpm̄ ſanctũ a cunctis volentibus eam extinguẽ mirabilit libe
rata· illa inq̃ȝ cong̃gatio maifeſtũ eſt ꝙ fuit p ſpm̄ ſanctũ in or
bem introducta· et p conſequens in ea eſt pſeuerãdũ tanq̃ȝ in
ſecta dei vera ⁊ ſalutari· ſȝ talis eſt ⁊ fuit ↄg̃gacõ fidliũ in eccle
ſia xp̄i g̊ ipa fuit introducta p ſpiritũ ſanctum ⁊ p conſequens
in ea ẽ pſeuẽandũ tamq̃m in ſecta ſalutari ⁊ vera· minorem g̊
iſti⁹ rõnis intendit lucas inducẽ ⁊ ꝓbare in toto libro diſticte
quidẽ quantũ ad illas· v· ptes de corroboratione ⁊ corrobora
te multiplicatione ⁊ multiplicate diſſemiacõne· pmixtim autẽ
et ↄiunctim quantũ ad· vi· ptẽ delibacõne ⁊ cuſtoditiõe· nã in
ipſa multiplicacõne ⁊ in ipa diſſemiatione· et in omnibus alijs
oñdit ipam fuiſſe a ſpũ ſancto p̄ſuatã de manu pſecutoꝝ· et ſȝ
hoc lib iſte diuidit in· v· partes p̉ncipales· In p̉ma namq̧ pro
bat p̉mam ptẽ minoris videlicȝ ꝙ ↄg̃gatio fidliũ p̉mitia fuit p
ſpm̄ ſanctũ mirabl'i modo corroborata· ⁊ durat ps iſta p totũ
· i· c· et· ij· vſq̧ ad locũ vbi ſcptũ ẽ· hijs auditis ↄpũcti ſũt corde
Circa corroboracõnẽ aũt iſtã ſic ꝓcedit q̄ p̉mo oñdit q̃lit fuit a
xp̄o r̉ꝓmiſſa· et h̄ fcĩt a p̉ncipio vbi ↄtinuat lucas librũ iſtũ cũ
libro euãgelij ſui dicens· p̉mũ ſmonẽ feci de oibꝫ· o theophile ⁊
poſtea ↄueſcens p̄cepit eis ab iheroſo· ne diſ· ſȝ expec· ꝓmiſſionȝ
pr̄is· q̄ vos babtizabimi ſpũ ſancto nõ p⁹ mltos hos dies· Et
deinde ↄcludẽs· accipietis v̓tutẽ ſpũs ſancti ſupueiẽtis in vos·
Scdo vo oſtẽdit de iſta roboratione qualit fuit inchoata p ocu

larē aſpc̄tu aſcenſionis dn̄i ih̄u in celū· et p atteſtacōnem duoꝝ
virorū qui apparuerūt induti albis duorū ſcꝫ angeloꝝ· ex hijs
eñ fuit illa ꝯgḡatio cōfirmata· et hoc facit ab illo loco· et cū hoc
dixiſſ videntibꝫ illis eleuatꝰ· uſqꝫ ibi· et cum introiſſent in cena
culū· Tertio vō oſtendit de ipā congḡatione q̄ erat corroboran
da q̄lit fuit in loco idoneo collocata ⁊ adunata· et hoc facit ab il
lo loco· et cū introiſſ in cenacłm· uſqꝫ ibi· In diebꝫ illꝰ exurgēs
petrꝰ· Quarto vō oñdit de illa ꝯgḡatione q̄lit fuit reintegr̄ta· ſu
erat eñ trūcata p mortē ⁊ ſuſpēdiū iude ꝓditoris ⁊ p ipiuſ p̄
uaricacōnē· fuitqꝫ r̄integr̄ta p mathie electionē ⁊ ſubſtitucōnē·
et hoc facit ab illo loco· in diebus illis exurgēs petrꝰ in medio
frm̄ dixit· uſqꝫ in finem p̄mi· c· Quinto vō oñdit q̄lit ipā robo
ratio fuit pfc̄e ꝯſūmata in die pētħ· p aduentū ſpūs ſancti· Et ħ
facit in p̄ncipio capitłi· ij· et cū ꝯplerent̄ dies pēthecoſtes· vſqꝫ
ad locū vbi ſc̄bit̄· Stupebant aūt omēs ⁊ mirabant̄· Sexto vō
oñdit q̄lit in hoc caſu fuit p̄dicta cōgḡatio impugr̄ta aliquibus
irridentibꝫ ⁊ dicentibꝫ quia muſto pleni ſunt· Et hoc facit a pre
dicto loco· ſtupebant aūt oms· uſqꝫ ibi· ſtans aūt petrꝰ· Septio
vō oñdit q̄lit ab ipūgn̄cōe p̄dicta p ipꝫ· ſ· extitit libata· qꝛ petrꝰ
repletꝰ ſpū ſancto calūpniā īpoſitā de ebetate repulit p ꝓphaſ
Adducens· iij· auctates· Primā quidē ioeł ibi· Sꝫ hoc eſt qd̄ dc̄ꝫ
eſt p ioelem ꝓpham· et erit in nouiſſimis diebus ꝛc̄· p q̄m pro
ꝓbat ꝓphatam fuiſſe ſpūs· ſ· miſſionem· Scdam vō dauid ibi
Dauid eñ dicit ꝓuidebam dn̄m corā me ꝛc̄· p quā ꝓbat r̄ſurcō
nem domī fuiſſe ꝓphatam· Terciam vō eiuſdē dauid· non eñ
dauid aſcendit in celū· dixit aūt ipē dn̄s dn̄o meo p q̄m ꝓbat
aſcenſionē iheſu in celū· et eiꝰ dn̄ationē p totū mundū fuiſſe ꝓ
phetatā· Durat aūt p̄ns ptica ab illo loco· ſtās aūt petrꝰ· uſqꝫ
ibi· hijs auditis ꝯpūcti ſunt corde· et ſic ꝓbatur euident̄ a libri
p̄ncipio· vſqꝫ ad illū locū· qꝛ ꝯgḡacō fideliū p̄mitia fuit p ſpūm
ſanctū miraculoſe roborata· In ſc̄da vō pte p̄ncipali q̄ incipit·
hijs auditis ꝯpūcti ſt̄ corde· et durat p· iij· c· ſeq̄ncia· vſqꝫ ad· vi·
excluſiue· probat· ſecundam partem minoris ſcilicet· qꝛ dicta
congregatio poſt ſui corroborationem p ſpm̄ ſc̄tm fuit multi
plicata· vbi ꝯſiderādū qꝛ poſt· iij· mlꝉtiplicacōs fideliū i ihrłm fc̄as

Primam quidam triũ miliũ pſonarũ· ſcđam v̉o· v· miliũ· t̉ciam
autẽ ſub numero incto q̃ſi innũabiliũ· Fecit autẽ ſpũs ſanctus
has tres multiplicacões· Primã quidem miniſtrio petͥ adiũcto
ſibi toto aplorũ collegio· et hãc ſcribit lucas ab illo loco· hijs au
ditis conpuncti ſunt corde· et dixerunt ad petꝝ· et ad reliquos
apoſtolos· uſq͡ʒ ad finem capituli ſecundi· et in hac multiplicati
one p̉mo narrat petͥ ſmonem ꝛ p̃dicationem ibi· penitenciã agi
te ꝛ baptizet̃ vnuſq͡ʒſq͡ʒ vr̃m· Deinde trium miliũ pſonaꝝ ꝯpun
ctionem ꝛ contritionem ibi· Qui ḡ receperunt ſmones eiꝰ· Deinde
v̉o miraculoſam confirmationem ibi· Multa quoq͡ʒ ſigna ꝛ p
digia p aplos in ihrlm fiebant· Deinde narrat ꝯuũſorum ad
xp̃m deuotam ꝛ ſanctã ꝯuũſationem ibi· Omnes etiã qui c̉de
bant erant pit̉· et vltimo concludit p̉mã multiplicationẽ· oſtẽ
dẽs q͡ʒ erat in continuo augmento ibi· dominus aũt augebat q̃
ſalui fiebant cottidie· Scđam v̉o multiplicationem fecit ſpiritꝰ
ſanctꝰ miniſtrio petͥ adiuncto ſibi aplo ſpẽcialiter ꝯdilecto
videlicet iohanne· et narrat lucas multiplicationem iſtam ꝛ in
ipã multiplicatione libationẽ p ſpiritũ ſibi factam· a principio
t̉cij capituli· uſq͡ʒ ad illũ locũ quinti· p manꝰ aũt aplorũ fiebãt
ſigna ꝛ prodigia multa in plebe· Narrat namq͡ʒ p̉mo q̃dã ſcm
pdigioſũ qđ fuit cauſa iſtiꝰ multiplicationis· videlicet ꝯſolida
cõnem claudi· qui ſedebat ad ſpecioſam portam templi· Et h̃ facit
a p̉ncipio t̉cij capituli· petrꝰ ꝛ iohannes aſcendebant· vſq͡ʒ ibi·
videns aũt petrus reſpondit ad pplm· Secundo v̉o narrat effi
cax v̉bum ꝛ eloquiũ v̉tuoſũ qđ ꝓtulit facto p̃dicto miraclo
pplo ꝯuũſo· et hoc facit a p̃dicto loco· Videns autẽ petrꝰ vſq͡ʒ
in finem capitli t̉cij· Tertio v̉o narrat incarceracõnẽ petri ꝛ io
hannis et ea non obſtante ꝯuũſorũ ad xp̃m numeꝝ copioſũ·
et hoc facit a p̉ncipio quarti capitli· Loquentibꝫ illis ad populũ
Quarto v̉o narrat libationis modũ glorioſũ ab illo loco· Fcm
eſt aũt in c̃ſtinũ· uſq͡ʒ ibi· dimiſſi aũt venerunt ad ſuos· Quinto
v̉o narrat ſup p̃dicta libacõne gaudiũ uiſcoſũ ꝛ pfectũ conti
nuũ c̉denciũ in xp̃o· p omnia v̉tuoſũ· ita vt omnia que poſſide
rent reddẽnt ꝛ ponerent ante pedes aplorũ· et hoc facit ab illo
loco· dimiſſi aũt venerũt ad ſuos· vſq͡ʒ in finem capitli quarti·

Sexto vͦo narrat cuiſdā libacōis altius non q̄dē a corpali icar
ceracōe· ſ; poci⁹ a ſpūali ſimlacōne p modū luminoſū p mortē
ananie ⁊ ſaphire vxoris ſue q̄ voluerūt ſpm̄ ſcm̄ decipe ⁊ in
eccīa ſimulationē ipocſiq; inducē· Et hoc facit a pncipio capitli
pmi· vir at̄ q̄dā noīe ananias vſq; ibi· p man⁹ aūt aploꝝ· Ter
tiā aūt multiplicationē fecit ſpūs· ſ· miniſtio petri· adiūcto ſibi
rurſū aploꝝ toto collio· et hāc narrat lucas ab illo loco· p ma
nus aūt aploꝝ fiebāt ſigna· vſq; in finē· v· capitli· Nam pmo
ponit mltiplicacōnem fideliū p multiplex pdigiū qd̄ p aploſ
fiebant ⁊ maxime ad pet̄ vmbram ⁊ occſū· Deinde vͦo narrat
pſecutionem ſuſcitatā ex zelo ſaduceoꝝ ⁊ reclusionē aplorum
in carcē ibi· Angelus aūt domī p noctem apies ianuas· Deīde
vͦo ponit diſputacōnis conflictū int̄ aplos ⁊ principem ſacdo
tū ibi· Adueniens aūtem quidam annunctiauit eum · Deinde
vͦo narrat diffinitionem ⁊ ſentenciam latam ore gamalielis p
ipis aplis p ſpūs· ſ· diſtinctū in quo fuit completa ipoꝝ libacō
et hoc facit ibi· ſurgens aūt quidam in conſilio· vſq; in finē ca
pitli· In tcia vͦo pte pncipali que incipit in pncipio· vi· capitli·
vbi ſcbit· ċſcente autē nūo diſcipuloꝝ· Et durat vſq; ad illū lo
cum vbi ſcbit· illi quidē qui diſpſi fuerant· pbat lucas minorē
quantū ad ptem tciam· videlicet q̄ congꝛgatio pmitiua fuit fid
liū p ſpiritū ſcz poſt multiplicacōnem factam in ihrl̄m ċcūq;
diffuſa p iudeam ⁊ ſamariam ſicut pcepat dominus aplis· di
cens· Eritis michi teſtes in ihrl̄m ⁊ in omni iudea ⁊ ſamaria· p
cedit autem circa iſtam diſſeminationem lucas in hunc modū
quia primo tangit ipius occaſionem ⁊ motiuū videlicz ſtepha
ni mortem ⁊ martiriū· et hanc narrat capitulo· vi· ⁊· vij· Nec ei
mors ſuſcitauit i eccl̄ia que erat ieroſol̄is timorem magnū et
pſecutioem ppt̄ quem omnes diſcipuli pret̄ aplos ſūt diſpſi·
illi aut ſic diſpſi diſſeminauerūt circumquaq; vitatē fidei· Et ſ;
eſt quod concludit a pncipio capituli vbi ſcribit· Saulus autē
erat cōſenciēs vſq; ibi· philipp⁹ autē deſcendes in ciuitatē ſama
rie· Secundo vͦo narrat hui⁹ diſſeminacōnis miraculoſū modū
et pceſſū et· oſtendit q̄ hanc diſſeminationem fecit pmo phi
lippus quia erat vnus ab aplis int̄ octo pmos diaconos elc̄s

et conſtitutꝰ· et hoc facit ab illo loco· Philippus aūt deſcendens
vſq ibi· Cum aūt audiſſent apl'i· Tercō vō narrat qualit diſſei
nacōnem hanc magnā fecerūt iohannes ⁊ petrꝰ ibi· cū autem au
diſſent apl'i qui erant ier'oſol'is· Quarto vō narrat qualit ad diſ
ſeminandū vltius proceſſit philippus ibi· Angelus autem domi
ni locutus eſt ad philippū· vſq in finē capituli octaui· Quinto nar
rat qualit diſſeminacōnē hanc fecit paulus ad fidē miracl'oſe cō
uerſus a pncipio noni capit'li vbi ſcbit· Saulus ad hec ſpirās mi
narꝫ· uſq vlt mediū capit'li eiuſdē vbi ſcribit· Factū eſt aūt dū
petrus ꝑtranſiret· vniuſos· Sexto iterꝫ redit ad narrādum qualiter
hanc diſſeminationē fecit apl'orū pcipuus ⁊ pmus petrus· ſcꝫ
et hoc int iudeos ab illo loco· Factū eſt aūt vt petrus· vſq ad
finē capituli noni· vbi duo miracula ponit ſcꝫ curationē paliti
ci enee· et ſuſcitacōnē thabite mortue· Septimo narrat qualiter
diſſeminationē hanc fecit petrꝰ int gentiles ⁊ paganos· agenſ
de cornelio ⁊ de illis qui conuſi ſunt cū eo ad pdicacōꝫ pet· et h
facit p totū capit'm· x· Octauo narrat qualit diſſeminacōnē iſtā
ſuſtinuit ⁊ defenſauit petrus cont iudeos qui illā rephendebāt
Et hoc facit a pncipio· xi· capit'li· audierūt aūt apl'i ⁊ fres· vſq
ad locum vbi ſcbit· illi aūt qui diſpſi erant a tribulacōne· In· iiij·
vō parte pncipali que incipit a loco pfato· illi quidē qui diſpſi
erāt· et· protendit vſq in finē capi· ſequentis· pbat aūt lucaſ mi
norē quantū ad quartā partē videlicet q fidliū congregatio pri
matiua poſt ſui diſſeminationē fuit p ſpm ſanctū digne intitu
lata· Nō eni hebāt fideles nomē xpū ⁊ ꝯdignū· ſꝫ appellabāt di
ſcipuli ī ātiochia donec pꝰ diſſeiacōnē multiplicē ibi fcāꝫ dcī ſūt
xpiani· Vnde meruit illa ciuitas rome multitudinis fidelū ac
ſanctitatis deuotionis ⁊ pietatis eorū impone credentib hoc no
men ſanctiſſimū ⁊ famoſū· et hoc lucas oſtendit a loco pdicto·
illi quidem· vſq in finem· xi· capit'i· Deinde narrat qualit poſt
hanc intitulationem in morte iacobi ⁊ in incarceratioe pet he
rodes xpianitati intulit pſecutonē· et hoc facit a pncipio· ca· xij
eodem autē tempe miſit herodes· vſq ibi· Cum aūt pducturꝰ
eēt herodes· deīde narrat libacōꝫ miracl'oſā pet a loco pdcō· cū
aūt pducturꝰ· vſq ibi· herodes aūt cū requiſiſſꝫ eū· Deinde nar

rat iuſtā dei pūitionē ⁊ mortem illatā herodi ꝓpt mortē iacobi
et in carcerationem pet. et ꝓpt ſupbiam cordis ſui a loco pdcō
herodes aūt cum reqſiſſ; eū. uſqꝫ ibi. vbum aūt domini. Ultimo
redit ad narrationē illiꝰ intitulati collegij xpiani ab illo loco. v
bum aūt domini. vſqꝫ in finem capituli. In .v. vo parte pncipa
li que incipit in pncipio capitli. xiij. Erant autē in eccia q̄ erat ā
tiochie. Et durat vſqꝫ i finē libri p .xvi. capitula. ꝓbat lucas mi
norem quantū ad quintam ptem. videlicet qualit illa congre
gatio iam intitulata. fuit p ſpm ſanctum tnſlata ⁊ tnſportata a
iudeis in gentiles ne remanēt artata ad vnam nationē et vnuz
iſrahelīticū ppłm. ſ; pocius diffunderet in omnes gētes p vni
uſum mundum. et q2 iſtius tnſportationis potiſſimus miniſt
fuit beatiſſimꝰ paulus ſicut ipſe teſtat ad ro. xi. q̄mdiu gēcium
ſum apls miniſteriū meū honorificabo. et ad galathas ſecūdo
Qui opatus eſt petro in apłatū ccūciſionis. opatꝰ eſt ⁊ michi i
ter gentes. et ipſe ſolus dixit iudeis. vobis optebat pmum lo
qui vbum dei. ſ; quoniā repellitis illud. ecce cōūtimur ad gēteſ
fuit igit huiꝰ tnſlacōnis miniſt ⁊ apls extitit paulꝰ. ideo ab illo
loco vſqꝫ in finē libri agit de actibꝫ pauli. et pmo narrat lucas
qualit paulus ⁊ barnabas ad apoſtolatū genciū ſunt vocati. et
p ſpiritū ſanctum electi. et hoc in pncipio capituli. xiij. ſecundo
vo ibi. et ipi quidē miſſi a ſpiritu ſancto. narrat qualit iniunctū
officiū ſunt diligent executi. Ad vidēdum aūt proceſſū libri ab
illo loco et ipi quidē miſſi a ſpū ſancto uſqꝫ in finem. Sciēdum
ꝙ narrat lucas ſeptē viagia pegnacōnes atqꝫ itinera ⁊ diſcurſus
quos fecit pro genciū cōuſione ad fidem ihesu xpi. Primum
nāqꝫ fecit ad plātandū ⁊ ſcificandū fidem in gētibꝫ vicinioribꝫ
vtpote in cipro ⁊ pcomo. liſtris ⁊ alijs regionibꝫ cca antiochiaz
ſituatis. et hunc diſcurſū narrat lucas p capitlm. xiij. ⁊. iiij iclu
ſiue. in quibꝫ explicat regiones ⁊ loca p que pdicauerunt pau
lus ⁊ barnabas ex quo egreſſi ſunt de antiochia donec redirēt
ad ipm. Secūdū vo viagiū fecit paulꝰ apls ad defendendū et
manutenendū in libtate fidem xpi iam plantatā in gentibꝫ q̄z
aliq ex iudeis credentibꝫ nitebant in ſuitute redigē. aſſerentes
ꝙ optebat gentiles ad fidem xpi cōūſos circumcidi ⁊ cēmōias

legis obſuare et alit̃ non poterant ſaluí fieri· quibus reſiſtens
paulus pro iſta libtate acceſſit ad p̀mum cõſiliũ generale ſup
iſta queſtione iheroſolimis· cõgͤgata autoritate petri ⁊ iacobi
et hunc diſcurſũ narrat lucas· et qualit̃ paulus obtinuit p capi
tulum·xv· vſqꝫ ad locum vbi ſcribit̃ circa finem· poſt aliq̊ſdam
dies dixit ad barnabam paulus· reuͤtentes viſitemus frẽs· Ter
ciũ: v̀o viagium fecit apl̃s ad plantandum fidem in gentibꝫ
magis diſtantibꝫ· vtpote in macedoniam ⁊ greciam· et hunc
diſcurſũ narrat lucas a loco prefato· poſt aliqͦd autẽ dies· vſqꝫ
ꝙ̃pe finem capituli octaui· vbi ſcribit̃· Et facto in aliquanto tẽ
pore ꝓfc̃us eſt· Narrat enim primo quem aſſumpſit in ſociũ
quoniam quendam gentilem fidelem nomine thimotheũ quẽ
dimiſerat ei barnabas qui cõſueuerat ire ſecum· et hoc fc̃it vſqꝫ
ibi· Tranſeunte aũt frigiam· Deinde narrat qualit̃ ꝓhibitus eſt
eſt p ſpm̃ ſanctũ ne p̄dicaret in aſia ⁊ bitinia· ſꝫ trãſiret ad mag
num: diſtantẽ locũ· videlicet ad regnum macedonũ· et hoc facit
vſqꝫ ibi· Nauigantes aũt a troade· Deinde v̀o narrat qualit̃ p̄
dicauit in quatuor locis p̀ncipalibꝫ illiꝰ regionis· Primo q̊dẽꝫ
philippenſibꝫ· et hoc facit a loco illo· Nauigantes· vſqꝫ in finem
capit̃li· xvi· Secundo v̀o qualit̃ p̄dicauit theſſalonicenſibꝫ· et ſꝫ
narrat a principio· xvij· capituli· vſqꝫ ad locum vbi ſcribit̃· pau
lus autẽ cum athenis eos expectaret· Tertio narrat qualit̃ p̄di
cauit athenienſibꝫ· et hoc facit ab illo loco· Paulus autem· vſqꝫ
ad finem capit̃li predicti· Quarto qualit̃ p̄dicauit corinthijs ⁊
hoc facit a principio· xviij· capit̃li· Poſt hec egreſſus ab athenis
vſqꝫ ibi· Paulꝰ v̀o cum adhuc ſuſtinuiſſet· Vltimo v̀o narrat
qualit̃ t̃cio viagio cõſũmato antiochiam eſt egreſſus· et ſꝫ facit
a prefato loco· paulus vero cum adhuc ſuſtinuiſſet· vſqꝫ ad lo
cum vbi ĩcipit narrare quartũ viagiũ vbi ſcribit̃· et facto ibi a
liquanto temporis· Eſt aũt conſiderandũ qꝑ in quolibet viagio
ex tribus predictis incipiebat viam ⁊ iter ab antiochia ⁊ in fi
ne ad antiochiam redibat· Quartum viagiũ fecit paulus apl̃s
ad plantãdum fidem in gentibꝫ vicinioribꝫ a quibꝫ prius pro
hibitꝰ erat videlicet aſianis· Vnde iuit ad p̄dicandum ad ephe
ſum· vbi p̀mo appollo fuerat· et deinde receſſerat v̀ſus corinthũ

et hoc narrat lucas a loco prefato i fine·xviij·capitli ſituato·vbi
ſcribitur et facto ibi aliquanto tempis profectus eſt·vſq₃ in fi
nem·xix·capituli incluſiue·Quintū vero viagiū fecit paulus ad
ad confirmanduz fidem plantatam in macedonibus donec ite
rū rediret ꝓpe epheſū·ad confirmandū etiam fidem ipſorū· vo
cauit enim epheſios ad milletū· vbi cōſolatꝰ eſt epōs illius ec
cleſie ⁊ ſeniores·et hoc narrat lucas·capitulo·xx·p totū·Eſt aūt
ſciendum q̄ in hijs quinq₃ viagijs multe pſecucōnes ſuſcitate
ſunt contra paulū·a quibuſ narrat lucas eum fuiſſe p ſpm̄ ſcīm
libatum vt ſic ſemp probet in ĉſtalarit et ōmixtim ſexta ps mī
ris quam in toto libro intendit· Sextum viagiū fecit paulus v̄
ſus ihrlm ad tolerādū ꝓ fide q̄m plantauerat ⁊ portauerat in
gentibus·ex hoc enim odioſus erat iudeis·Et hoc narrat lucas
a·xxi·capitulo vſq₃ ad·xxvij·excluſiue p ſex capitla·Nam in·xxj
narrat q̄ q̄muis eſſet p ꝓphas ꝓhibituſ·nichilominꝰ aſcendit
iherosolimam vbi extitit captꝰ·In·xxij·v̄o capitulo narrat qua
lit iam captus iudeorū ꝑplm fuit allocutus pmittente tribuno
et qualit fuit a flagellis libatus· quia ꝓteſtatꝰ eſt q̄ eſſet ciuis
romanus · In capitlo v̄o· xxiij·narrat qualit fuit in conſilio cō
ſtitutus vbi poſuit diſſeminacōnem int ſaduceos ⁊ phariſeos
ꝓpt quam fuit expeditus·narrat etiam coniuracōnem·xl·viroꝝ
contr ipſu ꝓpt quem fuit ad p̄ſidem in ceſaream deſtinatus · In
capitlo v̄o·xxiiij·narrat qualiter fuit coram p̄ſide attexullo ora
re quem p̄nceps ſacdotum ⁊ ſeniores adduxerunt accuſatꝰ·et q̄
liter poſt ſuam reſponſionem fuit ad hec in cuſtodia mancipa
q̄muis liba in qua p biennū ſtetit·In·xxv·capitulo narrat q̄li
ter pꝰ biennū feſtus p̄ſes qui felici ſucceſſat· vellet eum iudeiſ
t̄dere appellauit ad ceſarem et qualit coram herode feſtus iqui
ſiuit an deberet ad auguſtum deſtinari vinctus cum non eſſet
de aliquo notabili crimine accuſatꝰ· In capitlo v̄o·xxvi·narrat
qualit coram rege agrippa predicauit fidē xpi ⁊ excuſauit ſe de
ipoſitis a iudeis·et qualit adiudicauit agrippa q̄ erat omnio ſiē
innocens·niſi appellaſſ₃ ad ceſarem dimittēdus·Septimū autē
viagium ⁊ vltimū fecit ad plantandū fidem in gētibus nobi
lioribꝫ ⁊ excellentioribꝫ videlicet romanis et hoc narrat lucas

a·xxvij·capitulo vſq; in finem libri p capitula duo ſcʒ·xxvij·et
xxviij· in quibus enuat ciuitates ⁊ portus p quos tranſierunt
nauigando a ceſaria vſq; romam· hec p ſe patent· Eſt aūt ſcien
dum q̄ hic innuit lucas octauū viagium quod credit paulus
apl̃s feciſſe ad plantandū fidē in hiſpania in occidentalibuſ pti
bus· de quo ipſemet loquit ad ro·xv· dicens· ex multis iam p̄ce
dentib⁹ annis ſpo· cum in hiſpaniam ꝓficiſcar vidē vos· vnde
et in narbona dicit reliquiſſe ſergiū paulum archiepm: ·cum de
hiſpania rediret· hoc aūt viagium innuit lucas eū feciſſe in vl
timo v̄ſiculo huius libri cum ait q̄ manſit toto biennio in cō
ductu ſuo· conſtat aūt q̄ iſte fuit quart⁹ annus neronis· Nam
in ſecundo anno eius duct⁹ eſt romam ad ceſarem ad quē ap
pellauerat· et ſic duob⁹ annis ab eodē pmiſſus eſt ſub libera cu
ſtodia in conductu ꝓpo p̄dicare· impauit aũt nero p̄dict⁹·xiiij·
annis· et vltimo anno petrus ⁊ paulus interfecti ſunt ab eodem
Cum igit lucas teſtet paulū p̄dicaſſe biēnio rome· innuit q̄ p
ix· aut·x· annos ſequentes profectus eſt ad p̄dicandū ea ibi· et
ideo rationabilit coniuncit q̄ p̄dicauerit in ptib⁹ occidentalibuſ
maxime in hiſpania· vt ſic implerēt de⁹ eius ꝓpoſitū ⁊ intentum
Et in hoc lib actuum aploꝝ finit.

Diuiſio libri·vij·canonicaꝝ.

TVnc accedit lib·vij·canonicarū q̄uū edit⁹ eſt a quatuor
apl'is·iacobo ſcʒ quantū ad vnam eplam·petro quantū
ad duas· iohanne quantū ad·iij· iuda quantū ad vnam
Intendunt aūt omnes iſti apli vnam concluſionem· videlicet
xpi ecclīam ⁊ quēlibet fidelē informare reſp̄cu agendorū ⁊ cēden
dorum· Diuidit aūt lib iſte i quatuor ptes p̄ncipales ſm nume
rū quatuor ſcdencium· Prima namq; canonica iacobi apli eſt
informatiua reſp̄cu moraliū v̄tutū quantum ad omnē ſtatū in
generali· Secūda v̄o ps que continet duas canonicas bt̄i petri
apli eſt informatiua reſpectu moraliū v̄tutū· ſ· diuerſū tēp⁹ et
ſtatū ꝓuidēdo cuilibet in ſpēali· Terciō q̄ ꝯtinet·iij·canonicas io
hannis eſt informatiua reſpectu theologicarū v̄tutū· ſcʒ fidei
ſpei ⁊ caritatis modo ſingulari· Quarta v̄o pars que continet
canonicā beati iude eſt confirmatiua oīm p̄cedenciū ⁊ doctrine

apl̄orum verorum et pſeudo confutatiua modo v̄tuali ꝛ ratio
nali. Incipit ḡ canonica beati iacobi apl̄i. et p̄mittit̄ ſalutacō ſe
cūdū modum eplārē. vnde ꝛ introducit pſonam ſalutantē di
cens. iacobꝰ. et pſonam inſtigantē ad ſcribendū ſubdens. dei et
domini nr̄i ihesu xp̄i. cuius amor ꝛ obſequium ad ſcribendum
excitabat. Et cetū ſalutatū ſubdens. duodecim t̄ribꝰ q̄ ſūt in di
ſpſione et bonum optatū cōcludens ſalutē. Tunc ſequit̄ pſecu
tio ꝛ narracō ibi. Omne gaudiū exiſtimate fr̄es. Et diuidit̄ in
xx. ptes ſm̄. xx. doctrias morales quas in p̄nti canonica beatꝰ
iacobꝰ ponit. Primo namq; monet ad v̄tutē paciencie ꝛ ſtabi
litatis reſpc̄u adu̇ſoꝝ. et hoc facit ab illo loco. omne gaudium.
vſq; ibi. Si quis vr̄m indiget ſapia. Circa v̄tutem aūt paciēcie
deſcribit modū q2 verꝰ paciens nō ſolū debet ſuſtiné imo in ſu
ſtinendo debet gaudé. et ideo dicit. omē gaudiū exiſtimate ꝛc.
Et deſcribit obm̄ ſubdens. in temptationibus varijs ꝛ deſc̄bit
fructū ꝛ pfc̄m ſub q̄dā cōcathenacōe ꝯcludēs. ſciētes q2 pbacō
fidei vr̄e paciam opat̄ ꝛc. Scdo v̄o monet ad v̄tutē cōfidēcie et
fratnitatis. Docet eñ cōfidē ꝛ firmit̄ poſtulare a deo omīa qui
bus homo indigz ꝛ in nullo heſitare de deo. Et durat h̄ docina
ab illo loco. Si quis aūt vr̄m indiget ſeipā. vſq; ibi. Glorieť at
frat̄ hūilis ēca v̄tutē aut cōfidencie. docet qn̄ cōfidēdū. q2 in tpe
indigencie. tūc eñ deꝰ aſſiſtit. et ideo p̄mittit. Si q̄s vr̄m indigz
ſapiencia. vel alio dono. Deinde docet in quo ſolo eſt cōfidēdū
q2 in illo qui eſt fons affluencie videlicet in ſolo deo. vnde ſub
dit. Poſtulet a deo. Et ponit. v. racōnes quare in ſolo deo confi
dendū eſt tpe indigēcie. Nā q2 dat facilit̄. ſufficit eñ q2 homo
poſtulet. et q2 dat ꝯmunit̄. vnde ſubdit. q̄ dat oībꝰ et q2 liberalit̄
vn̄ addit affluēt̄ et q2 curialit̄. vn̄ ſubdit. et nō ip̄perat. et q2 i
fallibilit̄ vn̄ addit. et dabit̄ ei q̄i dicēt nullū fallit neq; fruſtra. De
inde docz quō ē cōfidēdū q2 ſi accedat̄ ad deū cū firmitate ꝛ do
no adhēncie. vn̄ ſbdit poſtl̄et at̄ a d̄o ī fide nichil heſitans. et ad
ducit ad pbandū iſtū modū exēplū natē. ſtz q̄ eñ heſitat ſimil̄
eſt fluctui maris ꝛ v̄bū ſcp̄t̄e ibi. vir dixit aīo incōſtās eſt ꝛc.
Tertio v̄o monet ad v̄tūtē eq̄nimitatis q̄ multū pacie vicinat̄
non tamē eſt eadem. Nam pacia reſpicit ſolū adu̇ſa. eq̄nimitas

aūt reſpicit tam pſpa q̄ȝ aduſa. Eſt enim eq̄nimitas quī in q̄ lance recte racōnis conſiſtit. ut nec extollat̄ in pſpis nec deiciat̄ in aduſis. ſȝ ad modū boni quadrati quem phs dicit in primo ethicoꝝ. ⁊ boni tetharagoniſmi ſine vitupio in q̄cūqȝ latē pla ne cadit. vn̄ et ad dicēdū dc̄m ē. ij. reg. xiiij. q᷑ ſic angelꝰ dn̄i eēt q̄ nec maledcōne nec benedcōne moueāt. Durat autem iſta do ctrina de eq̄nimitate ab illo loco. glorieāt autē frat̄ hūilis. vſqȝ ibi. bt̄s vir q̄ ſuffert tēptacōnē. ċca v̓tutē aūt iſtaȝ ꝯ ſcribit ꝑmū actū q̄ ē in pſpis nō erigi. cū dicit. glet̄ vūt frat̄ hūilis in exalta cōne ſua. et ſm actū q̄ ē in aduſis nō deici cū ſubdit. Diues aūt in hūilitate ſua. et rōnē v̓tuſqȝ ſubdit ibi. quia ſic flos feni tranſi bit. vbi quādā ſilitudinē aſſumit. et deīde ad ꝓpoſitū adaptat et īducit ibi. Ita ⁊ diues in itneib; ſuis marceſſcȝ. Quarto mo net ad v̓tutē pudicicie ⁊ caſtitatis. Vnde docet temptacōes car nis cū magna fortitudine ⁊ reſiſtēcia ſuſtinē. Durat aūt h̓ doct na ab illo loco. bt̄s vir q̄ ſuffert tēptacōnē. vſqȝ ibi. fr̄es mei di lectiſſimi. Circa v̓tutē aūt iſtā ſic ꝓcedit q᷑ p̄mo oſtēdit ipam eſſe maximi meriti dicens. Batꝰ vir quī ſuffert tēptacōnē. r̄ſiſtē do ſcȝ concupiſcēcijs. qm̄ cū ꝓbatꝰ fuerit accipiet coronā vite. Deinde v̓o reſpondet cuidam dubitacōni que poſſet ſuboriri. poſſet enim aliq̄s credē q᷑ dixerat q᷑ reſiſtē tēptacōni ē ꝓbacō hominis quidē vt recipiat coronaȝ vite q᷑ deꝰ immutet̄ hꝰmōi tēptacōnes carnis. qd̓ remouēs dicit q᷑ cum talis temptacō ma la ſit. deꝰ neminem temptat de pc̄o carnis. ſȝ vnuſquiſqȝ a ꝓ pria concupiſcēcia temptat̄. et hoc ibi. Nemo cum temptat̄. De inde oſtendit hanc virtutem int̄ ceteras eſſe ſingularit̄ ⁊ preci pue donū dei ſicut ⁊ ſapiens ait. Non poſſum eſſe continēs niſi deus det. Et hoc facit ibi. Omne datum optimū ⁊ omne donuȝ pfectū deſurſū eſt. Deinde vero probat iſtud ex ſimilacōne ge nitoris ⁊ geniti. deꝰ eīn generat quemlibet fidelem p v̓bū v̓itatis iux̄ illud iohannis p̄mo. dedit eis poteſtatē filios dei fieri. geni tus aūt debet aſſimilari genitori. Cum ḡ deꝰ mundꝰ ⁊ ſanctꝰ ſit ſm illud. ſancti eſtote quoniā ego ſanctꝰ ſum. argumentū ē q᷑ in nobis ipſe mittat mundiciā ⁊ caſtitatē. et hoc facit ibi. volun tarie eīn genuit nos. et forte ab illo loco. omne datum optimū

vſqꝫ in finē huiꝰ doctrine. vbi oñdit q̃lia ſūt dei dona q̃ pfcā
et optia occōne accepta ex h̃ q̃ dixeat q̃ tēptacō carnis a dō ñ
erat. Quito monꝫ ad duas v̓tutes ſil̄ ſcꝫ ad v̓tutē māſuetudiſ ⁊
docilitatis. et durat h̃ docťna ab illo loco. Scitis fr̄es mei dilcťiſ
ſimi vſqꝫ in finē. c. i. et cōiūgit has duas v̓tutes. q̃ optꝫ diſcētē
credē ⁊ māſuetū eē. ponit at̄ p̓mo documētū q̃ntū ad vtrāqꝫ v̓
tutē in p̓ncipio. deide v̓o exponit ip̄ꝫ q̃ntū ad h̃ qd̓ dc̄m ē de v̓
tute māſuetudis ibi. Ira ei viri. deide v̓o q̃ntū ad h̃ qd̓ dc̄m eſt
de v̓tute docilitatis ibi. eſtote at̄ fcōres v̓bi. et q̃ docilitati p̄cti
ce r̓pugn̄t. ſcꝫ ociositas ab opacōe. Dic̄ ei phs p̓mo ethicoꝝ. q̃
moral̄ doctne nō ē ꝓp̓ꝰ auditor ſectator paſſionū q̓ ope nō im
plet qd̓ audit. Et garrulitas in locucōe cū q̓s an̄qꝫ didicerit loq̓
vult ⁊ docē. Ideo loquens de v̓tute docilitatis ꝓhibꝫ ociosita
tē ab opacōe. d. eſtote fcōres vbi. et garrulacōꝫ in locucōe. ſub
dens. ſi q̓s aūt putat ſe ita r̓ligioſū eē nō īfrenās linguā ſuā. Sex
to monet ad virtutē iuſticie marie diſtributiue et inuehit ꝯ vi
ciū ſibi oppoſitū q̄ eſt āccepcō pſonaꝝ. et icipit h̃ doctria in p̓n
cipio. c. ij. fr̄es mei. duratqꝫ vſqꝫ circa mediū. vbi ſcribit̄. ſic loq̓
mi ⁊ ſic facite. In hoc at̄ documto ſic ꝓcedit q̃ p̓mo ip̄ꝫ ꝓpōit
ꝓhibꝫ ei accepcōꝫ pſonaꝝ. ſcd̓ō ipm exponit ibi. et eni ſi intro i
erit ⁊c. oñdēs in q̊ caſu ē pſonaꝝ accepcō. q̃ dū p̄ponit̄ diues
paupi ſola ɔtēplacōne diuiciaꝝ. Tertio viciū illud redarguit et
ex diuina auc̃te ɔfirmat ibi. Audite fr̄es mei. Nonne deꝰ eligit
paupes ⁊ ex diuitū crudelitate ibi. Nōnne diuites p potēciam
et ex ip̄oꝝ īfidelitate. nōne ipi blaſphemāt nomē bonū. Quarto
vero tēpamētū appoit. forte at̄ poſt h̃ aliq̓s d̓ē q̃ monēt vt odi
remꝰ diuites ⁊ diligēmꝰ tm̄ paupes. et hoc r̓mouēs dicit. ſi tñ
legē pficitis regalē benefacitis. Septimo monet ad virtutē mi
ſericordie ⁊ pietatis. et incipit h̃ docťna circa mediū. ij. c. ibi. ſic
loq̓mi ⁊ ſic facite. et finit̄ ibi. ſꝫ dicet aliq̓s. ꝓbat at̄ q̃ virtꝰ pie
tatis ⁊ mie marie cōgruit xp̄iano ꝓpt̄ ťa. p̓mo rōne caritatis et
vnitatis aīoꝝ. q̃ lex xp̄iana lex ē caritatis ⁊ libtatis. ꝓpt̄ quod
vnꝰ dꝫ alťi ɔpati ⁊ miſicors eē. et hāc rōnē tāgit d. ſic loq̓mi et
ſic facite ſic p legē libtatis ⁊c. ſcd̓o rōne eq̓tatis ſiedoꝝ in die iu
dicij. q̃ tc̄ miſicordes miam ɔſequēt̄. et hoc ibi. iudiciū ſine mia.

Tercō rōne ꝟitatis credēdoꝝ· qꝛ nō vere credit ꝗ hꝫ fidē mortu
ā q̄ nō hꝫ ad ꝓxim̄ mīaꝫ· maxīe ad frēm ſuū xp̄ianū· et ħ fcit ibi·
q̄d ꝓdeīt frēs mei· ſi q̄s dicat ſe fidē hr̄e ⁊c̄· Octauo monꝫ ad ꝟ
tutē vigilācie ⁊ ſtrēnuitatis ibi· ꝗ dicet aliq̄s· et durat vſqꝫ ī fi
nē· c· ij· Tangit· iiij rōnes ap̄ꝉ q̄s dꝫ q̄libꝫ vigil eē in hoīs actibꝫ
ſtrēnuꝰ ⁊ opoſꝰ· ꝓmā q̄dē qꝛ opoſitas ē pfcōnis declaratia· ſic
dicit ſaluator· a fructibꝫ eoꝝ ꝯḡſcetis eos· et hāc rōꝫ tāgit· ꝗ di
cet aliq̄s· oñdēs qꝛ pfcō ⁊ fides bona hoīs nō maīfeſtaꝉ ñ ex op
ibꝫ· Scdam ꝟo qꝛ ē pfcōis cōſūmatia ⁊ ꝯpletia· Nam fides ſine
opibꝫ ociosa ē ⁊ carens ſuo ꝯplemēto· et inducit ad ħ exemplū
abrahe ⁊ auctē ſcp̄te· et hoc fcit ibi· vis autē ſcire o· hō inanis·
Tertiā q̄qꝫ qꝛ ꝟtꝰ ħ ē pfcōis acq̄ſitia· diſpoīt ei ⁊ ꝓmēꝉ acq̄ſiti
cōnē pfcōis· et ħ ꝓbat exēplo raab ibi· ſiliꝉ aūt ⁊ raab mētrix·
Quartā ꝟo qꝛ ē pfcōis adornatia· ſic ei corpꝰ ſuaꝉ p aīam· ſic et
pfcō hoīs p opacōnē multiplicē ꝟtuoſā· et ħ facit ibi· ſic ei cor
pus ſine ſpū· Nono monꝫ ad ꝟtutē taciturnitatis ⁊ refrenacōnis
ligue· et incipit ħ doctrina in ꝓncipio· c· iij· nolite plēs mgr̄i fieri
frēs mei· Durat vſqꝫ ad ꝓpe finē ibi· q̄s ſapiēs ⁊ diſcipliatꝰ īt voſ
Deſcribit aꝉ viciū ligue ⁊ loq̄citatis q̄ntū ad ſex ꝯdicōnes· ap̄ꝉ
q̄s omnis hō dꝫ fugē iſtud viciū· Oſtendit namqꝫ ꝓmo qd̄ ē vi
declaratiū ꝓſūpcōis· ex ꝓſūpcōe nāqꝫ cordis ⁊ appetitu a ꝓpēcie
loq̄citatis ꝓcedit· et hoc eſt qd̄ in ꝓncipio dicit· nolite plēs ma
gr̄i fieri· Scdo dicit qꝛ eſt vicium cōtbatiū ꝯīmuīonis ſiīt dēs· qꝛ
in multis offendimꝰ om̄s ſcꝫ vnus alīm· Tertio oſtendit qꝛ eſt
viciū euacuatiuū pfcōis ibi· ſi q̄s in ꝟbo non offendit· Quarto
oſtendit qꝛ ē viciū q̄muīs modicū q̄ntū ad inſtr̄m qd̄ eſt ligua
tn̄ maxiꝫ ī ꝟtute qꝛ itroductiū mlte ꝯfuſiōis ⁊ ꝟbacōis· et poīt
ad ħ exēplū aīale de freno eq̄ ibi· pꝫ aꝉ cū freno ēcūducē· et exē
plū artificiale de naue ⁊ gubnaclo ibi· et ecce naues· et exēplū
naꝉale d' modica ſcītlla igīs q̄ ꝯburit totā domū ꝉ vnā ſiluā· Sic
ꝙ ling̃ mag̃ picula inducit· et ħ facit ibi· ecce quātꝰ ignis· Qui
to oñdit qꝛ eſt viciū ꝯtētiuū ꝛ'bellionis· qꝛ liguā nemo domare
pꝫ· et ħ facit· oīs eñ naꝉa beſtiaꝝ· Sexto oñdit viciū ꝯtētīū mlti
plicis offēſiōis et in deū ⁊ in ꝓxiꝫ· oñs qꝛ tlēs loq̄ces q̄ detrāhūt
ꝓxīo· et ſi lig̃ bñdicāt dō· nichil vtile ſibi fciūt adducēſ exēplū

de dulci aq̄ ⁊ amara q̄ nūq̄ʒ de eodē foramīe fontis emanat· Et
de ficu ⁊ vua q̄ nó ꝓcedūt ex eadem arbore· et h̄ fc̄it ibi· In ip̄a
bn̄dici⁹ deū p̄rez· X· monʒ ad v̄tutē ſapiēcie ⁊ celeſtis prudēcie
ibi· q̄ ſapiēs ⁊ diſciplinat⁹· vſ qʒ in finē· c· iij·· Et p̄mo mōicōʒ ſu
ā ꝯponit de celeſti ſapiēcia ⁊ prudēcia dicens· Quis ſapiēs ⁊ di
ſcipliat⁹· Deīde v̄o mōicōʒ expoīt ibi· ꝙ ſi zelū amarꝝ· h̄ētis· et p̄
mo declarat q̄ ſit v̄a prudencia ⁊ vere prudēcie ꝯ̄ria q̄ t̄rena et
diabolica· zelo ⁊ ꝯtēcōe plena· ſc̄do ibi· q̄ aūt deſurſū ē· oñdit que
ſit prudēcia celeſtis ⁊ v̄a· t̄cio ibi· fruct⁹ aūt iuſticie· ꝯcludit de
hac ſap̄ia ꝙ ē multū fructuoſa· XI· monʒ ad v̄tutē hūilitatis ⁊
ſubiacēcie· et deteſtat̄ elacōʒ ac viciū ſupbie· et incipit h̄ doctrina
in p̄ncipio· iiij· c· vñ bella ⁊ lites in vob̄· durat aūt vſ qʒ ibi· aꝑpi
q̄nte dn̄o ī moīcōe aūt iſta de v̄tute hūilitatis· deteſtat̄ oppoſitū
viciū· ſ· ſ̄bia ꝓpt̄ mala q̄ inde oriūt̄ ⁊ ī ordie ad ꝓxim et ī ordi
ne ad ſeip̄ʒ ⁊ in ordie ad deū· Et ex h̄ ꝯcludit ꝓpoſitū· et ſ̄· h̄ h̄t
iiij· p̄tes· primo nāqʒ oñdit ꝙ in ordine ad ꝓxim oriūt̄ ex ſup
lites ⁊ bella mortes ⁊ zel⁹· ſc̄do ibi· et n̄ h̄ētis· oñdit malū qd̄ ſe
q̇t in ordine ad ſeip̄ʒ· nā ex ſupbia in corde mala ꝯfidēcia· et ex
hoc n̄ poſtlat nec r̄c̄rit ad diuinū auxiliū ꝓpt̄ p̄ſūpcōʒ cordiſ ⁊
ſi poſtlat nō accipit eo ꝙ male petat· t̄cio· adulti neſcitis q̄ ami
cicia· oñdit malū qd̄ ſeq̄t̄ in ordie ad deū· nā pullulat ex ſupbia
ambicōe ⁊ vanitate odiū dei ⁊ amor h⁹ ſec̄li· quarto ibi· an pu
tatis· hortat̄ ad hūilitatē quod erat p̄ncipale intētū· et adducit
duplicē ſcp̄taʒ· p̄mā q̄ dicit ſpūs nr̄ hūan⁹ ſupb⁹ ē ⁊ inflat⁹ et
ad inuidiā ꝓuocās: ſc̄daʒ q̄ dicit ꝙ de⁹ ſupbis ſe opponit ⁊ hu
milibꝫ grāʒ donat· ⁊ ex h̄ ꝯcludit ꝓpoſitū de v̄tute hūilitatis di
cens· ſubiecti ḡ eſtote deo ⁊c· poſt h̄ aūt dici ꝙ in p̄dcā doctrina de
teſtat̄ inuidiā ⁊ monʒ ad benigtatē ⁊ pacē· h̄ q̄ inuidia orit̄ ex
ſupbia· meli⁹ ē vt exponat̄ ſic dc̄m ē· XIj· monʒ ad auſteritatē et
v̄tutē pn̄ie· et hoc fc̄it ibi· aꝑpiq̄te dn̄o ⁊ aꝑpiq̄bit vob̄· et ꝯfor
macōʒ p̄ q̄m purificacō cordis ⁊ emūdacō man⁹· et ad iſtā mo
net ſubdens· et mundate manus peccatores et pūitionem ſiue
vindictam ⁊ ſācificatione· et ad hāc monet docendo vindicare
pc̄m conceptum ibi· miſeri eſtote in corde ⁊ lugete· et peccatū
oñſū p̄ ſignū vanū ſcʒ riſū ibi· Riſus veſter in luctū ꝯmutat̄· et

pctm pattũ ⁊ iam pfcm pactũ ibi· Humiliamini in ɔſpcu dñi·xiii· monet ad ṽtutẽ benignitatis ⁊ beniuolencie· cui opponit detractio et mumuracõ· et incipit h doctria ibi· nolite detrhẽ alterutrꝫ frẽs· mei· et pmo deteſtat ipm viciũ· ſcdo ibi q detrhat fri inducit ad hoc rõnẽ ⁊ tplex rmediũ· pmũ legis tnſgſſionez dicẽs· q detrhit fri detrhit legi ⁊ iudicat legẽ· ſ ſui ɔdẽptionẽ ſubdẽs· vnꝰ ẽ legiſlator q pot pdẽ ⁊ libare ⁊ tciũ ſui pſũpcõnẽ ſubdẽs· tu aũt quiſ es q iudicas pximũ tuũ· ex hijs eĩ tbz dz hõ vitaẽ detrctionẽ ſue iudiciũ pximi ſcz· qꝛ in iudicãdo frẽz veit ꝯ legẽ de caritate pximi· et qꝛ vſurpat officiũ iudicis q poteſt eũ ɔdemnare· et qꝛ ad ipm non ptinet aliũ iudicare· XIIII· monet ad ṽtutẽ timoratiomis mtne ac reuẽncie in ordine ad deũ· cui opponit audacia temeria ⁊ exultatio vana et incipit h doctrina ibi· ecce nũc qd dicitis· vbi pmo exponit viciũ temeritatis q opponit timoracõni diuine dicẽs· qui dicitis hodie aut craſtino ibimꝰ in ciuitatẽ illa ⁊c· Scdo ꝯ illud viciũ rõnabilit opponit ibi· q ignoratis qd ſit vobis in craſtino· Tercõ ṽtutẽ oppoſitã ⁊ modũ debitũ docet et ɔpoĩt ibi p eo vt dicatis ſi dñs voluerit· Quarto modũ oppoſitũ eſſe in vſu oſtẽdit ibi· nũc aũt exultaſtis in ſupbijs veſtris· Quito illũ ipm rephẽdit maxie in xpianis q ſciũt qlit ẽ agẽdũ et non agũt· et h fcit ibi· Sciẽtes igit bonũ facẽ· XV· monz ad ṽtutẽ ɔtẽtacõis ⁊ ſufficiencie q opponit cupiditati ⁊ auaricie· Et incipit hec doctrina in pncipio· v ca· agite nunc diuites· Vbi detestat auariciã ɔpt· v· racõnes· Primo qdẽ qꝛ cauſat obliuionẽ et imemoriã ɔpij ſtatꝰ· non eĩ cogitant tales q euenient eis· Et h facit in pncipio dicens· plorate in miſerijs vris q aduenient vobis· Scdo qꝛ excecat intnã prudẽciã q dictat diuicias ⁊ veſtimẽta et omnẽ ornatũ eẽ ɔtẽnendũ ſic res putrefactioni ſubiciẽde· Et hoc facit ibi· dicie vrẽ putrefcte ſũt· Tercõ qꝛ cãt indebitã aie adherẽnciã ⁊ ſupfluã curã· Vñ gnat ignẽ ⁊ erugmẽ ſollicitudinis in mente· et ideo ſubdit· aurũ ⁊ argẽtũ vrm erugiauit· Quarto quia claudet in die iudicij dei miſericordiã cum dicit· Eſuriui ⁊ non dediſtis michi manducare· et ido ſubdit· Thezauriſatis auꝛem vobis iram in nouiſſimis diebus· Quinto quia facit auaricia mltiplicẽ iuiuſticiã ⁊ mltã i opũ oppſſioz qꝛ clãor ɔpueat

dinã irã et ideo ſubdit· ecce merces opariorũ vr̃orũ q̄ meſſuerũt
Sexto monz ad v̄itatẽ caſtitatis ⁊ ſobrietatis ⁊ tẽpãcie oppoſita
vicia deteſtãdo·ſ·pctm gule ⁊ pctm luxurie· Et icipit ħ doctrina
ibi·Epulati eſtis·vbi p̄mo deteſtatᷓ gulã dicens· epulati eſtis ſup
t̄rã·Scdo illd̄ qd̄ oritᷓ ex gula·ſ·luxuriaz ibi·et in luxurijs vr̃is e
nutriſtis· deinde illud qd̄ oritᷓ ex vtroqꝫ videlicz ignauiã ⁊ epulaz
ibi·enutriſtis corda vr̃a·deinde q̄rtũ·qd̄ oritᷓ ex hijs tribꝫ·ſcz maliciã
in viros honeſtos ⁊ iuſtos·nã tales cõſueuerũt ꝯ ſctos hoies
machinari·vñ ſubdit·in die occiſiõis occidiſtis iuſtũ ·Conueniẽt
aũt ponit iſtã doctrinã de deteſtacõe luxurie ⁊ gule pꝰ doctrinaz
in q̄ diuicias ⁊ auariciã ſuẽat deteſtatꝰ· qm̄ illud viciũ plerũqꝫ
ſeqᷓ illud·Septimo monz ad v̄tutẽ lõganimitatis ⁊ pſeuerãcie ⁊ ħ
rõnabilitᷓ·Egat nãqꝫ de auaricia diuitũ ⁊ voluptatibꝫ eorũ q̄ cõ
ſueuerũt opp̄imẽ virũ iuſtũ· et nũc iuſtos ⁊ paupes ad longani
